

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Variæ de ratione illius præcepti sententiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

olim apud Hebræos observati fuerunt, & alia singularia exponere, quæ in sacris volumini bus leguntur. Inter alia, quæ circa Agnum Paschalem præcipit Deus, illud omnino peculiare fuit, quod voluerit ut agnū comedentes lumbos haberent succinctos, calceatos pedes, & baculos in manu.

Verba Legis sunt. וְכֹה חָבַלּוּ Exod. 12:5  
אֲתָּה מִתְנִים תְּנִים נָעֲלִים נָגְלִים II.

ומקלנים ניחנים ואנלחכ אתו בחפוץ Sic autem comedetis illum, renes vestri erunt succincti, calceamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris, comedetis illum festinanter, Pascha est Domini. Inquisiverunt diu viri eruditissimi, quænam ratio fuerit hujus præcepti, ut Israelitas, dum Pascha comederent in Ægypto, calceatos esse voluerit Deus. Atque, ut fieri amat dum conjecturis quisque indulget, in varias ac multiplices divisi sententias abierunt.

II. Quorundam est opinio, voluisse Deum, ut Israelitæ, longum atque difficile inter ingressuri, viatorum sumerent calceos, & pedibus induerent, cum Pascha pri-

mum

236 De CALCEIS HEBRAeor.

mum essent comesuri. Commis-  
scuntur enim viatorum calceos à  
vulgaribus diversos fuisse, sicuti  
& hodie apud plerosque obtinet,  
ut in itinere calceos induant alios,  
quam in usu quotidiano. Hoc vero  
commentum ego sane nescio qua  
ratione potuerit eruditis homini-  
bus placere. Nam quad conjici-  
unt de viatorum calceis, & qui-  
dem à vulgaribus diversis, id nullo  
testimonio probant. Neque quid-  
quam occurrit in hac tota lege,  
quod sententiam adstruat. Hoc  
enim solum præcipit Deus, ut  
Paschalem agnum calceati come-  
dant, de viatorum calceis nihil  
præscribit.

III. Referunt alii ad eum mo-  
rem, qui olim obtinuit, ut cal-  
ceos deponerent dum cœnarent,  
ne lectuli, in quibus discumbe-  
bant, iis inquinarentur. Volunt  
nimirum Deum præcepisse, ut Pa-  
schale convivium etiam à reliquis  
in eo differret, ut ne calceos pro-  
more deponerent. Quorum qui-  
dem opinio priori longe est doctior.  
Veteres, cum essent cœnaturi, so-  
leas deponere solitos, post cœnam  
vero